

NUMERATIO INTEGRORVM NUMERORVM.

CAPVT I.

Numeratio
quid.



NUMERATIO est cuiusvis numeri propositi per proprios characteres, ac figuras descriptio, atque expressio.

Decem figure
numerorum.

Utur autem Arithmetici decem characteribus, siue figuris ad omnium numerorum descriptionem, videlicet.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 0.

quarum priores, quæ dicuntur significatiuæ. Quælibet enim illa, cum tot unitates significat, quotum ipsa locum in opposita serie occupat, ut hæc figura 6. significat. Sex unitates; quia sexto loco posita est: atque ita de cæteris. Decima autem figura, & vltima nihil per se significat, diciturq; cifra; auget tamen significationem, ac valorem aliarum figurarum, vti ex sequentibus perspicuum fiet.

Quot loca
sint in quolibet
numero.

Prima figura,
& vltima in
quouis numero
quæ sit.

In quolibet numero, qui pluribus figuris scribitur tot dicuntur esse loca, quot sunt figuræ siue significatiuæ, siue non significatiuæ: primusq; locus, seu prima figura est, quæ extrema est versus dextram; secundus verò locus, seu secunda figura est illa, quæ proximè primam consequitur versus sinistram, atque ita deinceps: adeò vti ille locus, seu figura dicitur

catur